

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

habitantes in eo sunt sursum / z nos sumus in hemi spherio deorsum. C. Finali ostendit quomodo dicitur positio in celo secundum motum planetarum in obliquo circulo: dicens quod opposito modo summe sunt dicitur positio in celo / eo quod motus eorum sit primo modo ad motum diurnum / puta ab occidente in orientem.

Quonia autem non est contrarius motus qui circum ei qui circumque considerandum.

Estud est tertium capitulum huius tractatus in quo philosophus determinat de diversitate partium circulariter motarum: dicens quod difficile est determinare numerum corporum celestium propter nimiam distantiam: ratione cuius accidia ipsorum non cadunt sub sensu nostro. Et intendit tale conclusionem: Necessario sunt ponende plures circulationes propter generationes et corruptiones: et propter hoc necesse est esse plura corpora celestia. hac conclusione probat sex propositiones. Prima: si celum est aliquid divinum et sempiternum / necesse est motum eius esse sempiternum et circulare. Propter quod unumquodque cuius est aliquid operum proprium est generatio illius operis: sed ipsi celum est aliquid operum proprium / et nihil destituit a sua propria operatione: et talis operatio est motus: ergo si celum sit sempiternum / necesse est motum eius esse sempiternum et circulare.

cum solus motus circularis sit sempiternus. Secunda propositio: si motus celi sit sempiternus et circularis / necesse est terra quiescere in medio mundi. quod probat: quia motus circularis est circa medium quiescens: et illud non potest esse aliud quam celi: quia vel quiesceret ibi secundum naturam: et sic naturaliter moveretur ad medium: vel preter naturam: et sic ibi semper non quiesceret. Relinquitur ergo quod illud est terra. Tertia propositio: si terra est / necesse est ignem esse: quia ignis et terra mutantur: modo si unum fuerit sit in natura / necesse est reliquum esse: quia fuerit eadem est materia. Quarta propositio: si terra et ignis sunt / necesse est media elementa esse. probat: quia unumquodque elementorum habet proprietatem ad unumquodque: igitur si unum est / oportet reliquum esse. Quinta propositio: si elementa sunt / necesse est generationes et corruptiones esse. quod probat dupliciter. Primo: quia elementa sunt adinvicem mutua: ergo agunt et patiuntur adinvicem: mutua enim sunt adinvicem corruptiva. Secundo: non est rationabile aliquid mobile esse sempiternum / cuius secundum naturam motus non est sempiternus: sed motus elementorum non est sempiternus: ergo nec elementa / et propter hoc generantur. Sexta propositio: si generationes et corruptiones sunt / necesse est preter primum motum circulare esse alium motum aut plures illos celi. quod probat: quia secundum primum motum similiter se

